



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 90. Aliorum Theologorum opinio circa idem argumentum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

magis
tum.
efinitio
æ for-
quod
cui in-
rdinis
ut ab-
cus or-
bisco-
poneus
char-
ac op-
ultas;
pterat;
bHle-
uctori-
regen-
tamen
lli pro-
rmen-
c op-
offe-
fidem
ni ful-
unde
s fun-
raret,
ue ex-
hac
hac sententia graves nascerentur an- **Sæcul. XVI**
xietates, & conscientiae innumeris in- **A. C. 1562.**
volverentur curis: eapropter nonnulli
hanc formam constituebant in Baptis-
mate: ast eadem occurabant difficul-
tates, cum incertum esse posset, an hoc
Sacramentum valide fuerit administra-
tum, atque intentio Ministri adfuerit,
quæ juxta Synodi doctrinam omnino
requiritur, cum hæc capita minus ad-
huc dignosci possent, quam fides & cha-
ritas, ac propterea inquietabant hi Theo-
logi, nemo certus esse potest de Ba-
ptismi valore, a quounque demum ba-
ptizatus fuerit.

§. XC.

Allorum Theologorum opinio circa idem argumentum.

Nondum discussi erant sequentes arti- **Sarp. l. 7.**
culi: I. An omnes Christiani sint **p. 576.**
Sacerdotes, & Sacrificantes: II. utrum
Sacerdos possit fieri Laicus: II!. an Ev-
angelii Minister non aliud habeat officium,
quam prædicationem: Hanc in
rem Frater Adamantius Ordinis S.Aug-
ustini alumnus, & Cardinalis Madruc-
ci Theologus hæc monuit: „plerique
„eorum, qui antea discurerunt, tantum
„adduxerunt rationes verosimiles, &
„quandam congruentiam suadentes,
„quæ in ejusmodi negotio, ubi de arti-

D d 4 „culis



Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

„culis fidei tractatur, non solum adver-
 „sarios non constringunt, verum in sen-
 „tentiis magis obfirmant: ideo alia ob-
 „servetur in Conciliis dicendi ratio ab
 „ea diversa, quæ in scholis usurpatur;
 „nam in his quanto magis singula mi-
 „nuatim secantur, quantoque accuratius
 „examinantur, tanto melius tractantur;
 „at in Conciliis non sapit dignitatem
 „alia excutere, quam quæ elucidari &
 „quasi in conspicuo collocari possunt;
 „interea tot jam quæstiones ventilatae
 „fuerunt, quarum cognitionem in hac
 „vita, ubi Deus non vult omnia cognoscere,
 „assequi non datur: hinc satis est
 „set super hoc articulo nosse, quod Ec-
 „clesia Hierarchiam habeat, eaque con-
 „stet ex Prælatis, & ministris, atque
 „hi ab Episcopis ordinentur, neconon
 „ordo sit Sacramentum, cuius nulla
 „pars pertinet ad sacerdtales. „ Potest
 „alius Theologus nomine F. Petrus Ra-
 „mirius Franciscanus doctrinam Joannis
 „Scoti secutus hæc edixit: „ ordo non
 „dicitur Sacramentum, quia res est in-
 „visibilis, & permanens, cum Sacra-
 „menta omnia visibilia sint, & præter
 „Evcharistiam in actione consistant;
 „quare ut omnes difficultates vitentur,
 „statuatur, quod non ordo, sed ordinatio
 „sit Sacramentum. „ Huic sententiae
 „vehementer reclamabant cuncti, cum
 „omnes

adver-
in sen-
dia ob-
ratio ab-
erpatu-
la mi-
rratus
cantur
itatem
dari, &
ossunt:
utilata
n hac
cogno-
tis el-
od Ec-
e coo-
atque
enon-
nulla
Postea
s Ra-
annis
a non
st in-
aere-
ræte-
cant:
ntur,
natio-
ntizæ
cum
nes

omnes Theologi, quod Ordo sit Sacra-
mentum, defendant, atque Concilium Florentinum, quod maximæ auctorita-
tis est, disertis verbis definierit, Ordin-
em esse Sacramentum.

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

§. XCI.

*De Charactere, & receptione Spi-
ritus sancti in Ordinatione.*

Nec minus variae audiebantur opinio-
nes a tertiae classis Theologis, qui
sextum discutiebant articulum de Ordinis
materia, ejusque ritibus, necnon de
eo, quem imprimit, Charaktere, & de
gratia, quam confert: euidem inter
omnes conveniebat, Spiritum Sanctum
& dari, & accipi in Ordinatione: qui-
dam tamen dicebant, Spiritum San-
ctum in propria persona dari: alii vero
inquiebant, eundem donari in gratia,
qua de re multa fuit disceptatio, sed
inter eos, qui de ea, quæ confertur,
gratia differebant, acrior erat conten-
tio, qua discutiebant, utrum detur gra-
tia justificationis, an vero donum offi-
cii exercendi: porro illi Sententiæ prio-
ris fundamentum in eo ponebant, quod
omnia Sacraenta largiantur gratiam
justificationis: isti e contrario defen-
debant, quod ea ab impenitente re-
cipi non possit, qui tamen accipit Or-
dinem. Ceterum quoad characterem,

licet

D d 5

Sarp. l. 6.

